



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De virginitate & pudicitia, & honesto matrimonio. cap. xxvii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANNI DAMASCENI

*De voluntate atque animi affectione: & quod voluntatem in omnibus rebus expendet Deus.*

CAP. XXVI.

Rom. 8.

Mar. 12.

Mat. 5.

Basil.

Theotimi.

NAT.

Clement.

sexti.

Gen. 2.

Iob. 31.

Pro. 5.

Mal. 2.

Sap. 3.

4.

Mat. 19.



ILIGENTIBVS Deum omnia cooperatur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

Sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium: & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem vidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans Discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua haec pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt: haec vero de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victimum suum.

Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo.

Incerti.

Eos laudibus afficimus, qui animi inductione boni sunt, non qui necessitate quadam prohibiti, à malo abstinent. Vbi enim voluntas parata est, nihil est quod obstat. Adgit animi alacritas: & nihil erit, quod impedimentum afferat.

Apud iustum iudicem, pro eo quoque, quod quispiam vel duntaxat proposuerit ea, quæ cum officio coniuncta sint, non contempnenda præmia constituta sunt.

Corporis actiones à multis interrumpi possunt. Qui autem animi inductione peccat, eodem momento, quo cogitauit, perfectum peccatum habet.

Pulcherrimum atque humanissimum hoc est, quod Deus, non munera pretio ac dignitate, sed offerentis viribus, animique affectione, donum metitur.

Non munus, sed voluntatem diutinem reputat Dominus, qui animam erudit.

Victima Deo est bona voluntas.

*De virginitate & pudicitia, & honesto matrimonio.*

CAP. XXVII.

I



IXIT Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhæredit vxori suæ: & erunt duo in carne una.

Si deceptum est cor meum super muliere: & si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.

A Domino copulatur mulier viro. Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ: cerua charissima, & gratissimus hinnulus. hubera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter.

K

Vxorem adolescentiæ tuæ ne derelinquas.

Felix est sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorū in delicto: habebit fructum in respectione animarū sanctorum. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Immortalis enim est memoria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. Cum præsens est, imitantur illam, & desiderant eam cum se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat in coinquinatorum certaminum præmium vincens.

Accesserunt ad eum Pharisæi, tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis, Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & foeminam fecit eos? Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhæredit vxori suæ: & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non

A non separat. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, moechatur. Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sicut nati sunt: & sūt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsostrrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. quod si dormierit vir 1. Cor. 7.  
B eius liberata est: cui vult, nubat: tantum in Domino.

De quibus autem scripsisti mihi: Bonum est homini mulierem non tangere. Ibid.  
proper fornicationem autem vniusquisque vxorem suam habeat, & unaquaque suum virum. Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Quod si non continent, nubant. Melius est enim nubere, quam viri. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem suam non dimittat. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonū esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? Noli querere solutionem. Solutus es ab vxore? Noli querere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Volo autem vos sine solitudine esse. Qui sine vxore est vir, sollicitus est quia Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta, & corpore, & spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & facultatem praebet sine impedimento Dominum obsecrandi.

Qui vxorem suam diligit, scipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam Ephes. odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam.

Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus.

Heb. 13.

Mentem oportet, non secus ac gubernatorem quendam, supra vitiosas affectiones insidentem, ac carnem velut nauem consoncentem, rationemque tanquam clarum perire hic in principiis Prog. atque illuc obuertentem, fluctus generoso ac forti animo obterere: atque ita se comparare, ut sublimis manens, ac perturbationibus imperita, earum amarulentia, perinde ac mavis falsugine, minimè impleatur.

Vnata viri, quam foemina, virtus est: quandoquidem par quoque utriusque procreatio. Ac proinde eadem quoque utriusque merces est constituta.

Quorum una eademque natura est, eadem quoque sunt actiones. Quorum autem eadem est actio, horum etiam merces eadem.

Viri diligite uxores vestras, etiam ex longinquis regionibus ad matrimonij societatem coheritis. Date operam ut naturæ vinculum, & benedictionis iugum, ea copulent, quae locorum intervallo inter se distincta sunt. Vipera, animal reptilium omnium atrocissimum, auptiarum causa marina murena obuiam procedit, ac per sibilum significato aduentu suo, ex imo mari eam ad venereum complexum evocat. Hæc vero paret, ac cum ve-

Hom. 6. in-

Hexam.

De concor-

dia coniugali.

D. IOANN. DAMASCENI

nentato animante copulatur. Quorsum hæc mea spectat oratio? Nempe, quamvis morosus, p  
que asperis & truculentis moribus prædictus sit maritus, eum tamen vxori ferendum esse:  
nec illa causa adduci debere, vt coniunctionem, que sibi cum eo est, diuellat. Per ussur  
est? At maritus. Vino deditus? At natura tecum copulatus. Asper ac morosus? At mem-  
brum tuum, & quidem membrorum omnium præstantissimum. Audiat iam maritus quo-  
que congruentem sibi admonitionem. Vipera matrimonij reverentia commota, venenum  
enomit: tu vero coniunctionis reverentia non adduceris, vt animi sequitiam ac truculen-  
tiam excutias?

*Hom. de legend. libr. Gen- til. Mat. 5.* Nec vero illud Alexandri præterierim, qui cum Darij filias, que eximia quadam for-  
ma pulchritudine esse prædicabantur, captivas teneret, eas ne videre quidem voluit, tur-  
pe esse iudicans, eum, qui viros superasset, a mulieribus Vinci. Hoc enim eodem, quod illud G  
Euangelicum dictum tendit, Si quis libidinoso affectu mulierem confexerit, etiam si adul-  
terium re ipsa non impluerit, tamen, quod cupiditatem animo admiserit, crimen minime  
liberabitur.

*Ignat.* Virginitatis iugum nemini impone. Periculosa enim res est, quamque seruare difficile  
sit, cum coactu ac necessitate sit.

Iuuenibus uxorem ducente permittre, priusquam cum scortis corrumpantur.

*Naz. Carm. Præcep. ad Virg. Creg. Nyss.* Virgo, sis oculis his facile est decedere recto.  
Lingua, nam tribus his facile est decedere recto.  
Beatos hos prædicat Dominus, non qui pro rursus à perturbationibus remoti vivunt (ne-  
que enim fieri potest, vt in corpore a vita spirituali pro rursus atque omnibus perturbationi-  
bus vacua vita praestemus) sed qui ad naturales impetus tardi ac torpidi sunt. Neque  
Non hoc a enim hanc humana natura legem sancit, vt turbidis animi motibus omnino vacet: sed  
nobis exi- (quod virtute perfici potest) vt eos in potestate teneat. Etenim ut huiusmodi imperus  
gitur, ut interdum existat, imbecillitas, qua plerumque natura adnexa est, etiam præter voluntati-  
affectionibus rem nostram efficit. At ne torrentis in modum à perturbationis impetu præcipites fera-  
mur, verum aduersus talēm affectionem magno animo consistamus, ac turbidum motum  
ratione propulssemus, id vero munus est, in quo virtuti elaborandum est. Beati igitur sunt  
illi, qui ad turbulentas animi concitationes minimè proclives sunt, sed animo composti:  
Et in quibus ratio, freni cuiusdam instar, impetus reprimens, animam temere efferri  
non finit.

*Chrysost. Methodij* Matrimonium libidinis est venia. I  
Nihil tam indignum est virgine, quam opibus studere, ac negotiorum multitudi-  
ne obuolui.

Ridiculum est organa quidem ea, que liberorum procreationi destinata sunt, casta con-  
seruare, linguam autem minimè conseruare: aut linguam quidem virginem custodiare, ocu-  
los autem, vel aures, aut manus non custodiare, verum fastu atque iracundia scortari. O-  
peræ pretium est enim omnia membra, ac sensuum organa pura & consignata seruare.  
*Theotimi.* Quod coactum ac violentum est, molestiam confessum afferit: quod autem liberum est,  
fastidium non admittit, verum gratia & desiderio semper floret.

*Clement. Præmatu- re nuptia parum ab- sunt a for-* Virginum labes ac corruptio non modo fornicatio dicitur, sed etiam præmatura eloca-  
tio: nimis cum ante nubilem etatem viro in matrimonium collocantur, sine a seipsis, K  
sue a parentibus.

Diurno studio & meditatione, concitatorum animi motuum vis ac feritas debilita-  
tionem tur. Nec perturbationum aurigæ, simul atque eas semel subegerit, statim tranquilla omnia  
Didymi. sunt. Semper enim, quandiu homo in vita versatur, hoc bellum durat.

De fornicatione, & adulterio, ac præpostera venere.

C A P. X X V I I I .

Si mœchatus